



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 20. Pacis negotium Vervini promotum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-67263)

„sent, cum ipsus ego illius Archiepisco- Sæcul.XVI.  
A.C.1598.  
„pum nomiṇassem: insuper ejusmodi  
„supplicatio Cenomani fuit instructa eo  
„fine, ut Judices ad rejiciendum hoc e-  
„dictum a Deo permovereantur, quod fa-  
„ne nonnisi ex maligno impulsu factum  
„est: nunc autem præpedite, ne deinceps  
„similia attententur: insuper rogo vos,  
„rem ita agatis, ut ea de re haud am-  
„plius queri cogar, idque postrema vice  
„factum sciam.„

Hac Regis oratione vix non o-  
mnes regni Senatus permoti Nan-  
netense edictum ad tabulas redege-  
runt, hacque ratione in eadem urbe,  
in qua ante triginta novem annos ob  
novæ sectæ cauſsam prima Protestan-  
tium conspiratio contra Guifios in-  
choata est, hoc anno ibidem diuturnis  
hifce hæreticorum tumultibus finis im-  
ponebatur.

### §. XX.

#### *Pacis negotium Vervini promotum.*

Interea pro urgendo pacis negotio Ver- Thuan. l. 120  
vini die nona Februarii prima habe- Harræus de  
batur Seffio, in qua nonnisi officiosæ præ- bell. Belg.  
mittebantur salutationes: in secunda Observat.  
vero Commendator de Taxis alter Hi- Sur les  
spaniae Legatus palam declarabat, quod Traités des  
Rex Catholicus omnes in Picardia oc- Princes par  
cupatas urbes Henrico Regi reddere, & Amelot Let-  
17. Decemb.  
1598.

Bla-

**Sæcul. XVI.** Blavetani portus, qui hodie Ludovicus  
A. C. 1598. portus dicitur, munimenta in Britannia

solo æquare, ac præsidiarios inde revocare paratus fit: unice igitur de tempore, quo hæc effectui darentur, difficultas supererat, quam tamen Legatus sua prudentia feliciter superabat: cum autem Lullinius Marchio Sabaudiæ <sup>Ducis</sup> Orator Salutiarum Principatum restitui nollet, ac suum Principem non modo in hoc födere comprehendendi, sed etiam dissidia, quæ cum Gallis habebat summi Pontificis arbitrio relinquiri petret, Legatus Pontificius sua dexteritate, prudentia, ac moderatione rem apud Franciæ Regem eo redegit, ut salvis Sabaudi, Regisque juribus tota lis componeretur, sublatisque omnibus obitaculis inter ambos Reges pax prospero successu constitueretur: unde mox pacis conditiones ab Oratoribus subscriptæ die secunda Maji Cardinali Legati tradebantur, ea tamen lege, ut illas nemini usque ad hujus mensis exitum manifestaret, nisi Principes illas citius promulgari desideraverint: quo circa haec pax ante mensem Julium non fuit promulgata.

### §. XXI.

#### *Vervinienſis pacis articuli.*

Ponto